

paratus ad recipiendum, alias non reciperet, sed remitteret juramentum: & concurrunt iuxta solvendi causa, quas n. 3. explicuimus. Et ideo hanc solutio, utpote ex iustis causis facta, non censetur cooperatio ad peccatum recipientis, sed permissio illius peccati ex causa iusta. Et *Imola eo cap. Debitores, in fine, & ibi Felinus n. 7. Suarez cod. c. 9. n. 7. & 8.*

6. Politerius limitatur, nisi vitium ultra eier expressum in ipsa promissione jurata. Quia cum tunc sit notoria vitiosa forma exactionis usurarium, non obligat juramentum, & ideo nulla opus est relaxatione eius. Ut si promitteret iurans solvendi duodecim pro decem muros recepta. Ita *Baldus c. 1. n. 6. de iurjuranda*. At hac limitatio caret prorsus fundamentum. Quia ea vitii expressio non efficit, quin solutio sit licita, ac proinde juramentum obligat. Et ita docent *Cardan. c. Debitores, ad finem, de iurjur. & ibi Felinus nu. 2. Alexand. de Nevo, n. 10. Covarr. de pactis 2. p. §. 3. n. 2. versiculo Quinto ex his, Selva de iurjurando 4. p. 6. n. 3.*

7. Alii vero adeo ampliant obligationem juramenti solvendi ultimas, ut dicant ex illo acquiri ius usurario, & ideo cum posse iure actionis compellere jurantem, ut stet promissum. Ducuntur ex *c. Debitores, de iurjurand. ibi: Si vero de ipsarum solutio juraverit cogendi sunt domino reddere juramentum*. Ergo pars, cui juratum est, acquirit ius, & secundaria obligationem, ut possit iure actionis cogere jurantem. Secundo, quia *c. 1. eodem tit. dicitur cogendum usurarium ad juramenta super usuris sibi solvendis praestita relaxata*. At relaxatio supponit vinculum, ergo vinculum illud juramenti obligat respectu illius usurarii. Et confirmatur, quia si sola illius juramenti obligatio est erga Deum, & nequit utique iurans excusari a juramenti executione, ob usurarii remissionem; utpote qui obligationem Deo quaesitam remittere nequit. Atque ita tenent *Abbas c. 1. n. 1. & c. Debitores, n. 4. de iurjur. idque colligit ex Glossa eo c. Debitores verbo Cozend. Cardan. eo c. Debitores, n. 1. & c. Cum venissent, n. 9. de institutionib. Felinus cod. c. 1. n. 1. & eo c. Debitores, nu. 2. ubi Alexander de Nevo, n. 2. Aragon. 2. a. qu. 89. art. 7. circa solvendum ad 3. in 5. conclusionem, Valent. 2. 2. disp. 6. 9. 7. punct. 4. col. 7. vers. Quod autem, Sayro in clavi regia, l. 5. c. 6. n. 16.*

8. At dicendum est, nec ius, nec actionem, nec obligationem etiam secundariam acquiri usurario, sed totam illius juramenti obligationem acquiri Deo. Quod non obscure significat textus *ex c. Debitores, dum ait cogendum usurarium reddere Deo juramentum, ubi cautè solus Dei meminit, quasi ipsi soli sit acquisita obligatio*. Item, quia si ius non foveat obligationem illius promissionis, eo quod turp. sit ex parte recipientis, ita nec foveat obligationem juramenti, ut ex ea acquiratur ius aliquod recipienti. Nec obstant adducta in contentum, ut proxime ponderavimus; & coactio de qua ibi fit mentio, est facienda ex iudicis officio, ut iurans exequatur obligationem Deo quaesitam non autem ad instantiam partis actionis contentantis. Nec obstant secundum argumentum, & ejus confirmatio, quia illa relaxatio, seu remissio partis non ideo excusat a juramenti obligatione, quasi ea sit acquisita ipsi parti; sed quia Deus illam non acceptat, nisi quatenus est in illius partis utilitatem: quare cessat parte remittente illam suam utilitatem. Et ideo hanc partem sustinent *Antonius eo c. Debitores, nu. 7. paulo post medium, Fortunius Garcia de ultimo sine illustratione 2. principal. n. 455. Covarr. de pactis 2. p. §. 3. n. 2. vers. Primum ex hoc intellectu, Molina tom. 1. de iustitia, disp. 150. column. 2. & 3. & tom. 2. disp. 525. column. 4. vers. Utinam autem, Suarez tom. 2. de religione, tractatu de juramento, l. 2. c. 27. in fine, Leonardus l. 2. de iustitia c. 17. dub. 6. n. 51.*

9. Satisfit autem obligationi hujus juramenti momentanea solutio, ac statim abique aliqua juramenti relaxatione potest solutum repeti. Quia juramentum tantum fuit de solvendis illis ultimas. Quamobrem his solutis est illi satisfactum, utpote quod repetitionem non excludit. Confirmat *ex c. Ad audientiam, de his que vi, ibi: Non obstant juramento praestito, quo non ad repetendum, sed ad rescindendum, a solutione tendatur*. Atque ita docent *Glossa ibi, verb. Rescindendum, Joann. And. num. 2. Antonius n. 9. Anchar. n. 4. Abbas ibi, in principio, n. Covarr. de pactis 2. p. §. 3. n. 2. in principio, Gutierrez de juramento 1. part. c. 53. n. 8. Suarez cod. l. 2. c. 9. nu. 16. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 17. dub. 7. n. 51. & c. 42. dub. 6. nu. 27. Quod si juramentum esset quoque non repetendi, non esset internum repetere, nisi prius impetrata hujus juramenti relaxatione. Ut colligitur a contrario sensu ex *eo c. Ad audientiam*. Item, quia id juramentum potest licite servari ac proinde obligat. Et ita docent *Glossa, Hostiensis, n. 9. super verb. Non ad repetendum, Antonius, Anchar. n. 6. Abbas ibi notabili 2. Covarr. Gutierrez num. 2. Suarez num. 17. Bart. l. Si quis pro eo, in principio, num. 10. ff. de fideiussor. Quare dum dicitur *Item, 2. 2. qu. 89. art. 7. ad 3. sic ait: Potest autem repetere in iudicio, quod servit, vel praestato denuntiare, non obstante, quod contrarium juraverit*. Illa particula non obstante refertur ad solam posteriorem partem, ita ut sensus sit, *quomodo servaverit non denuntiare, potest denuntiare*. De qua re *c. 20. quando juramentum fuit etiam de non petenda relaxatione, dicitur c. 21.***

10. Tandem dabitur, an in hoc usurarium debito ratione juramenti detur compensatio. Quae difficultas procedit recta opinione, quam inferius tenuimus, relata, utrim-

que disputata, quae sustinet juramentum solvere debitum, vel aliquid dare, satisfacere juramento, si compensatio utatur, eo quod creditor ille tantumdem sibi debeat. Procedit ergo difficultas, quando est licita compensatio non obstante juramento, an ea habeat locum in hoc casu. Et quidem dupliciter potest intelligi hoc compensatio. Priori modo, quando compensatio debet fieri cum ipomet usurarium debito, ita ut iurans possit non solvere ultimas illas juramento promissas, sed via recompenationis cuiusdam antcipate eas retinere, quia in his solutis, usurarius eas est sibi debiturus. Sicut aliud debuit potest quispiam via compensationis hujusmodi retinere, quando certus est statim eo soluto esse tantumdem sibi debendum. Et loquendo de hoc modo est dicendum neutiquam satisfieri ei juramento utendo hac compensatione. Quia non obstante ea aperta, & praesenti exactionis ultimum iniustitia, iuraturarum solutio. Ergo excluditur compensatio cum illa iniustitia. Et ita docent *Sotus l. 8. de iustit. g. 1. ar. 7. circa solutionem ad 3. vers. Foras hic, Sayro in clavi regia, l. 5. c. 6. n. 15. in fine, Suarez tom. 2. de religione, tractatu de juramento, l. 2. c. 37. n. 21. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 560. column. 12. vers. Confirmationem*. Ex quo inferitur, nec licere huic, si promissum decem, solvere quinque via compensationis. Quia jam non ea anticipatur, sed re vera quinque sunt juranti debita. Sed adhuc id non licere, ait *reth. Sotus ibi*; idque probatio facta, quod id juramentum excluditur quancumque compensationem cum ea iniustitia faciendam.

11. Posteriori modo potest hac compensatio intelligi, quando usurarius ille alia via tantumdem huic juramento satisfaciendi debeat, ut post juramentum debeat. Et hanc compensationem negant etiam *Sotus, & Sayro ibi*. Et *Suar. ibi*, dicit licet nullum dubitare de contraria sententia, & in hac magis inclinat. Quia tunc non habet locum compensatio, quo ad veram debiti remissionem; cum mutuatarius re vera non remittat debitum, non enim valet remissio. Nec etiam exterius recompenfat, cum nihil de novo tradat, supponitur enim aliam acceptum. Ergo ad satisfaciendum iuramento exigitur materialis traditio. At versus iudicio satisfieri hac compensatione. Quia remittendo, quantum est ex parte sua, licet illa remissio sit aliunde irrita, ratione involuntarii missi ob injuriam, censetur in communi estimatione solvere, & tradere rem debitam. Et confirmatur, quia si debitum esset abique injuria contractum, satisfieret juramento hac compensatione. Ergo a fortiori satisfieret, quando est per injuriam; nec enim hoc majori privilegio gaudere debet. Et ideo hanc partem tuetur *Molina n. praec. relatus*.

12. Ad argumenta *num. 2. proposita* respondetur. Ad primum confiat ex dictis *n. 3. ubi* ea solutio non esse utilem, & actum virtutis probavimus. Ad secundum dicimus cum *Abbate c. Debitores, n. 2. de iurjurand. & ibi Imola n. 5. & communi Doctorem ibi*, quando causa irritans principale concurrat in accessorio, quocirca accessorium cum principali, licet quando non concurrat; tunc enim constat contruere principale subsistente accessorio. Quod hic contingit principalis enim promissio est irrita ob extortentis turpitudinem; quae non invenitur in ordine ad Deum, respectu cuius solus id juramentum obligat. Vel secundo dicimus *Covarr. de pactis 2. p. §. 3. n. 2. vers. Tertio hinc solitur*, id juramentum non esse accessorium promissioni; nec ad eam confirmandam adduci, sed esse principale, & per se stans obligans ad efficiendum Deum testem verum illius veritatis de futuro assertor. Ad confirmationem dicimus, & promissionem illam simplicem, & juratum convenire in exigenda veritate de praesenti, id est, ut cum juratur, vel promittitur, adit animus implendi. Quia ille veritatis defectus continet verum, & formale mendacium. At vero quo ad veritatem de futuro, ad quam pertinet executio rei promissae, non semper est malus defectus veritatis, imo quandoque est sub praepcepto, ut quando promittitur, aut juratur res mala. Et ideo tunc tantum defectus hujus veritatis est malus, quando erat implendi obligatio. Quippe defectus hujus veritatis non praestat ad dictum, nec consistit in mente, sed potius pertinet ad factum; & ideo non constituit verum, & formale mendacium, quod est contra mentem ire; sed pertinet ad quandam infidelitatem, quae solum habet locum, quando fidelitas erat sub praepcepto. Ad tertium dicimus juramentum, & eius obligationem non conjugi media obligatione promissionis, seu assertionis, sed illius illi, sive obligent, sive non. Ad quartum dicimus regulam procedente, quando exceptio legitime opponitur; at ad non solvendas ultimas juratas nequit exceptio legitime opponi propter perjurium, nisi obtemperat hujus juramenti relaxatione, & ideo illa obtemperatio inveniit exceptio hac, ut iurans non teneatur solvere. Ad confirmationem dicimus ea procedere, ubi non est peculiaris causa obligans ad illam solutionem, qualis est in hoc casu, gratia perjurii vitandi. Ad ultimum dicimus textum illum procedere, quando is, cui solutio fit, potest rem solutam abique restituendo onere retinere. Quod in hoc casu non contingit.

SUMMARIUM.

An juramentum metu extortum obliget? Refertur opinio, numero 13.

Explicatur sententia Auctoris, nu. 14.

Cur matrimonium, & votum tertia, non obligent, cum juramentum obliget? nu. 15.

An satisfactio metu extorto juramento, momentanea solutio, & licet statim repetere etiam si juramentum non repetendi sit? Et an deur actio, & sit concedenda relaxatio, quam metus solutio sit? nu. 16.

Ubi hoc ultimum ponitur remissive. Et ibi, an sit locus compensationi? nu. 17.

An integrum sit juramentum hoc praestare, cum animo petenda relaxationis, & ea obtenta non implendi? nu. 17.

An id juramentum obliget sub culpa mortali? nu. 18.

An obliget ad certum contractum invaluissim, & iure reprobatum? Refertur opinio, nu. 19.

Explicatur sententia Auctoris, nu. 20.

An juramentum accedens sponsalibus, & matrimonio, metu extortum obliget? nu. 21.

Quid si accedat constitutioni procuratoris coacti? nu. 22.

Quid si accedat doli, & arrharum coacti? nu. 23.

Quid si accedat voto, aut professioni religioni, coacti? nu. 24.

An de carcere iusto relaxatus, cum juramento redempti, teneatur retinere, quatenus teneat iussum juramentum? Et quid si cum sit innocens, sit iuste damnatus, secundum allegata, & probata? nu. 25.

Quid si carcer fit iniustus, aut timentur iniusta sententia? Refertur varia opinio, & nu. 26. alique ad 31.

Explicatur sententia Auctoris, nu. 32.

An idem dicendum sit, si hic iurari & carceribus non fugere? numero 33.

Quid si periculum non fuit cogitatum, aut re vere tunc non fuit? nu. 34.

An id juramentum possit ab Episcopo relaxari, quando est carcer iniustus, aut sententia iniusta timentur? nu. 35.

Quid ubi nulla est injuria? nu. 36.

Solvuntur contraria; & explicatur l. 28. tit. 11. p. 5. nu. 37. & c. 2. de iurjurando.

13. **Q**uestio secunda. An juramentum metu extortum obliget? Et est sermo, quando promissio per injuriam extortetur? Alias nulla esse potest dubitandi ratio. Et quidem id juramentum non obligare tenere aliqui antiqui, quos refert *Gloss. c. 2. verb. Possit, de iurjurand. Idque laudant univeree rationes illatae num. 2.* Quippe omnes illae acies procedunt in hoc casu. Sed quia illas solvi *num. praecedenti* probatur specialiter in hoc casu, ex *c. 2. de iurjurand. ubi*, ubi de Episcopo jurante sic non reperitur res, qui prius Doctorem ubi, quando causa irritans principale concurrat iniuste solutus est, sic dicitur: *Ipsam Episcopum nullius iuramentum vinculis super hoc posse contrahere*. Secundo ex *l. regia 28. tit. 1. p. 5. ibi: Por medio o por engano, qual fiesse prometendo um bom a erro, de dar, o fazer alguma coisa, maguer se obligasse jurando de fazerlo que promettere, decimos, que nin es teo deo de cumprir la promission*. Tertio, quia hac obligatio juramenti non acquiritur homini, sed soli Deo. Ut *n. 3. explicamus*. Deus autem non acceptat promissiones metu iniurioso extortas, & ideo votum hic extortum non obligat. Ergo nec huiusmodi juramentum. Tandem, quia matrimonium sic extortum est prorsus irritum; nec videtur diversa ratio de juramento.

14. Verum tanquam certissimum est tenendum, id juramentum obligare. Quippe id expresse dicitur *c. Si vero, & c. Verum de iurjur. & c. Ad audientiam, de his que vi*. Et tenet *D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 3. & q. 98. art. 3. ad 1. receptus ab omnibus Theologis 3. d. 39. & ab omnibus jurisperitis in praeiudicis locis*. Quod probatur rationibus traditis *n. 3. quibus* declarat promissionem hanc esse de actu virtutis, & re utili. Quippe eadem rationes militent in hoc eventu, ac in illo, cum in utroque tota dubitandi ratio confluit ex injuria extortentis juramentum, qui & rem promissam teneatur restituere.

15. Hinc deditur discrimen inter votum, & matrimonium metu extorta, & juramentum hic extortum: illa enim sunt prorsus irrita; hoc autem est validum. Cujus discriminis rationem facile est assignare, fullendo probabilioris rationem facile est assignare, in qua assignanda non immero, quia hoc argumentum est, quod valde urget ad probandum nostram sententiam dicentem, illa esse solo iure Ecclesiastico irrita.

16. Satisfit autem his juramenti coactis, momentanea solutio, & statim est integrum juranti repetere. Quod si juramentum de non repetendo factum sit, est prius relaxatio hujus juramenti ab Episcopo petenda, sicut *num. 9. idem*. Nec ex his diximus de simili juramento solvendi ultimas. Nec ex his juramenti acquiri ius, & actio parti, sed soli Deo. Sicut de juramento solvendi ultimas probavi *num. 8. & Docto-*

res ibi citati de utroque loquuntur. Imo quidem concedentes hanc actionem in juramento solvendi ultimas, eam denegant in juramento extorto per metum. Hi sunt *Aragon. Valentis, & Sayro* relati *num. 7.* Atque an liceat uti compensatione in hoc casu; est idem omnino dicendum, quod numero decimo & undecimo, diximus de juramento solvendi ultimas. Et in utroque juramento Doctores ibi relati.

17. Nec credo peccatum sic jurantem, si habeat animum non implendi juramenti, obtineat tamen prius illius relaxationes secus si absolutum non implendi animum haberet. Quia in priori eventu nulla irrogatur injuria extortenti inique promissionem; nec est mendacium. Quod jurans habeat firmum implendi animum, nisi relaxationem obtineat; & quatenus habeat animum petenda prius relaxationis, & ea obtenta non implendi animum hic est conformis conditioni imbita in eo juramento, quae est nisi ejus relaxatio prius obtineatur, & ideo, nec mendacium, nec culpa aliam continet. Sicut jurans foeminae matrimonium, cum intentione implendi, nisi illa fornicata fuerit, verum jurat, nec peccat, quod ea conditio includatur tacite in ea promissione. Atque hoc aptè colligitur ex *Suares, tom. 2. de relig. tract. de juram. l. 2. cap. 7. numer. 20. in fine*, ubi haec ait: *Aliqui timoratos potest velle jurare, & se obligare, & sperare licite non implere, obtenta iusta dispensatione*.

18. Quidam temperant sententiam traditam, ut juramentum metu extortum obliget, ut intelligatur ad culpam venialem. Ducuntur ex *c. Verum de iurjur. ubi* dicitur transgressores non esse damnandos tanquam culpe mortalis reos. Et ita significat *Glossa finalis ibi*, & tenet *Angel. verb. Juramentum 5. num. 10.* At abique dubio tenendum est, id juramentum obligare sub mortali, in materia gravi, non aliter, quam alia juramenta abique injuria, & metu praestita. Cum autem obligatio fit ex strictissimo religionis vinculo erga Deum, qui nullam injuriam irrogat, Et quatenus minus minuat respectu hominis obligationem, illam tamen non minuit respectu Dei. Nec textus in *eo c. Verum* probat oppositum. Neque enim de culpa egit, sed de fornicationis poena, volens cum non puniendum illa acriter, ratione injuriae repetitae in eo juramento. Et ita hanc partem tuetur *D. Thom. 2. 2. qu. 98. art. 3. ad 1. Abbas c. si vero in num. ultimo, de iurjur. & ibi Imola n. 8. Felinus num. 7. ad finem, Ricard. 3. d. 39. art. 2. qu. 2. Fortun. Garcia de ultimo sine, illustratione 2. in princip. num. 347. Humbertus de Bonenico repetitione auct. Sacramenta puerum, num. 2. c. si adversus venditionem, Sylv. verb. Juramentum 4. qu. 7. particula 3. Cap. 2. 2. qu. 98. art. 7. circa solutionem ad 3. dub. 1. Sotus l. 8. de iust. qu. 1. art. 8. circa solutionem ad 3. vers. Sed oportet iurari, Ricard. summ. cap. 12. num. 14. Covarr. de decret. 2. part. cap. 3. §. 5. num. 4. Aragon. 2. 2. qu. 89. art. 7. circa solutionem ad 3. Felinus summ. cap. 22. num. 2. Scraph. de privilegiis juramenti, privileg. 110. numer. 16. Suarez, 1. tom. de relig. de juram. l. 3. cap. 16. n. 18. Sayro in clavi regia, l. 5. c. 6. n. 16. Valen. 2. 2. disp. 6. 9. 7. punct. 4. col. 6. vers. Respondeo quaeestionem hanc, Leonard. l. 2. de iust. c. 22. dub. 6. n. 50. Selva de iurjurando 3. p. 9. n. 37. D. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 6. casu 5.*

19. Rursus alii limitant, ut juramentum metu, ad dolo extortum obliget, nisi adiciatur contra dictus alius invalidus, iureque reprobat; quales sunt alienatio fundi dotalis, renantiatio futurae successione, contractus minorum abique solemnitate iure perita celebrati, quare dicunt adjectum his non obligare, & libidine non indigere relaxatione. Ducuntur ex *c. Cum contingat 28. de iurjur. & c. 2. eodem tit. in 6. & c. Quamvis pactum 2. de pactis, in 6. in quibus est sermo de renuntiatione legitima, & alienatione fundi dotalis, quae pacta seculo juramento sunt irrita, & eo accedente valida, & servanda, ut dicitur hic textus, cum hac limitatione, *si abique vi, & dolo fit juramentum praestitum*. Ergo a contrario sensu fit metu extortum fit, nullam vim habet. Et fortius id probat textus in *auct. Sacramenta puerum c. si adversus vendit, ibi: Per vim autem, vel iustum metum extorta etiam a majoribus iure momenti iudicantur*. Secundo, quia in his textibus equiparatur dolo, & metus, accedentes juramento. At quando dolo dat causam contractui bonae fidei, juramentum defectu consensus non obligat. Ut dicitur *ad num. 38.* Ergo nec quando metus praebet illi causam. Tandem quia idem juramentum non supplet plura vitia. Ut aliis relatis tradunt *Menochius conf. 29. num. 40. vol. 1. Scraphinus de privilegiis juramenti, privileg. 83. num. 44.* Quia ratione communiter tradunt Doctores juramentum a minori praestitum, supplet solum minoris etatis defectum. Ergo cum in contractu metu extorto reperitur duplex vitium, alterum spontanea voluntatis deficientis, alterum defectus valoris contractus, qui alias erat irritus, id juramentum nequit utrumque supple. Et ideo hanc partem, quae probabilis est, tueritur *Glossa eo c. quamvis pactum, verb. Non vi, & ibi Franciscus 5. & 11. vers. Quarto casu, & c. 2. nu. 9. de iurjur. in 6. Vinc. quem refert, ac sequitur, Abbas c. Cum contingat in num. 3. de iurjur. & ibi Alciat. n. 18. & ibi Ananias num. 4. ait forte posse hoc defendi, Felin. c. 2. nu. 2. & c. Si vero, num. 8. casu 1. de iurjur. & c. 2. num. 35. vers. Tertius est, ad sponsal. Grammaticus decisio 103. num. 70. Cornes in lestra d. auct. Sacramenta puerum, num. 7. super verb. Nullus esse momenti, & ibi Curtius junior**

ter illius contractus, ita ut non sit locus relaxationi: & ita verbum, absolutum: fimitur ibi proprie. Ad secundum repondet eodem modo Greg. Lopez in eadem lege, verbo Non est tendu, ut intelligatur cum effectu, nam id iuramentum est relaxandum. Ad tertium, & quartum, constat ex dictis numer. 15.

SUMMARIUM.

Dolus, & error in quo differant? Et quando censentur antecedens, seu dans causam contractus? Et quando concomitans, seu non dans causam illi? num. 38. Uterque error potest esse circa substantiam, aut circa alias qualitates? num. 39.

An ut iuramentum sit irritum ratione doli, referat aliquis cum esse cum iniuria, aut errorem obique illa? num. 40. Refertur quidam sententia circa iuramentum dolo factum, numero 41.

Expliciter sententia Auctoris, quando est circa rei substantiam dolo, aut error, num. 42, 43, 44, 45.

Quando dolo, aut error est circa alias qualitates, aut etiam ignorantia negativa? Remissive, num. 46.

An iuramentum accedens contractibus de iure invalidis, si dolo sit praestitum, obliget? num. 47.

38 Quæstio ultima. An iuramentum dolo, vel errore, vel ignorantia præstitum, sit irritum. Præmittendum est duplicem esse errorem, & similiter ignorantiam, aut dolum. Hæc enim inter se differunt, quod dolo imputatur deceptio in iuramentum ex parte petentis iuramentum: quam error non imputatur. Ignorantia autem latius patet quam error, est enim quedam pars negativa, quæ scilicet meram scientiam privationem importat: alia autem positiva, quæ est idem cum errore, quæ nimirum importat cognitionem aliquam erroneam. Est igitur duplex error, & sic de ignorantia, & dolo, (ut ait D. Thom. 2. 2. q. 6. art. 8. loquens de ignorantia.) Quidam est antecedens actum, qui, scilicet, inducit ad actum faciendum, ac ipsi causam præbet, ita ut ipso non existente actus nequaquam fieret: atque ita efficit, ut actus sit involuntarius: cum nihil voluit, quin præcogitavit. Alter vero est concomitans actum, qui, scilicet, non inducit ad volendum actum, sed ita comitatur actum, ut eo non existente actus fieret. Et ideo (ut ait D. Thom. ibid. alleg. Philosopho 1.) hic error non efficit involuntarium: quod non sit causa aliquid repugnantis voluntati, imò amplectendi ab ipsa voluntate, eo errore deficiente: quare per accidens se habet ad actum: at efficit non voluntarium, eo quod actu voluit esse nequaquam, quod ignoratum est. Priorem errorem quando cum aliquis dolo contingit, appellant iurisperiti l. Et eleganter ff. de dolo, dolum dantes causam contractui, quod, si is non addeset, contractus non iniretur. Posteriori autem vocant incidentem in contractum: quia eo non existente contractus adhuc iniretur, atque adeo non est causa contractus. Priorem etiam solent vocare, & ex proposito contingentem; posteriorem autem, sola re ipsa contingentem.

39 Atque sicut in matrimonio contingit dupliciter uterque error, priori modo, circa substantiam personæ, ut quando creditur esse unam, cum sit alia. Posteriori modo, quando est tantum circa qualitates non spectantes ad substantiam ipsius actus, nec ad rationem formalem, & essentialiorem eius, sed ad extrinsecas motiva applicantia voluntatem. Sic in præsertim potest esse error circa substantiam rei iuramento promissæ, vel solum circa qualitatem, vel conditionem moventem ad iurandum.

40 Secundo præmittendum est, quo ad præsentem questionem nil referre, an iuramentum dolo illud petentis præstetur, an mero jurantis errore, absque aliqua iniuria sibi illata. Quia iniuria sola non deficiente consensu minime sufficit ad impediendum iuramenti valorem: ut constat ex dictis de iuramento metu extorto. Quare tota hæc difficultas est solum pertinet ad discernendum, quando censetur talis error, ut consensum jurantis in rem iuratum auferat, ac proinde defectu huius consensu reddatur iuramentum nullum. At in auferendo, vel non auferendo consensum, æqualia sunt dolo, & errore: differunt autem quo ad solum iniuriam in solo dolo clausam: (ut diximus num. 38.) quæ non confert ad tollendum iuramenti valorem. Atque ita docet Suarez, tomo 2. de relig. tract. de iuramento lib. 2. c. 11. num. 1.

41 His ergo præmissis, communis Auctorum distinctio in hac questione est, ut si dolo aut error, sit antecedens, seu dans causam contractui, seu ex proposito contingens, (hæc enim esse synonyma diximus num. 38.) iuramentum illo præstitum sit prorsus irritum, nullaque relaxatione indigeat: secus autem si dolo, aut error, sit concomitans, seu non dans causam contractui, seu re ipsa contingens. Quia in priori casu deficit consensus (ut num. 38. diximus.) atque constat ex l. 1. ff. de dolo, & ex l. regia. 57. titul. 5. part. 5. An in posteriori non deficit consensus. Atque ita docet Auctores, Cum contingat, num. 3. & 23. de iurjurand. & ibi Alciatus, num. 13. & 14. & l. Pæcia que contra, num. 41. C. de pactis, & l. de iuramento 3. part. qu. 101. sum. ultimo, D. Anson, 2. part. titul. 10. c. 6. & l. 5. Angelus verbo iuramentum 5. num.

trigesimo secundo, Sylva, verbo iuramentum 4. qu. 8. & verbo iuramentum 5. qu. 12. Navarr. summa, cap. 12. num. 13. Cœsar, lib. 1. variarum cap. 4. num. 6. in fine, & de pactis 3. part. 8. num. 2. in fine, Seraphinus de privilegiis iuramenti, privilegio 83. n. 63. Padilla l. 2. num. 4. C. de rescind. vendit. Molina citatis Decio, & Alexandro, lib. 2. de primogeniis, c. 3. num. 25. Gutierrez, de iuramento 1. parte, cap. 37. num. duodecimo, Emmanuel Sæ in summa, verbo iuram. numero nono, Azor. tomo 1. institutio- num moralium, libro 11. c. 7. g. 3. Et notat Alciatus eo c. Cum contingat, numero 13. & 14. quamvis, ut contractus sit nullus ipso iure ex dolo dante illi causam, an solum annullandus, attendatur an contractus sit bonæ fidei, an stricti iuris: at id non attendi ad nullitatem iuramenti ex eo dolo procedentis.

42 Prima tamen conclusio sit. Quando error, vel dolo antecedens, seu dans causam contractui, seu ex proposito contingens, est circa substantiam rei iuramento promissæ, nil prorsus valet iuramentum, nec relaxatione indiget. Et in hoc casu est certissima prior pars distinctionis communis adductæ num. præcedenti. Et Suarez eodem c. 11. num. 5. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 42. dub. 7. num. 33. Exemplum sit, ut si quis iuret alicui dare rem, quam putat esse vitream, ac postea inveniat esse gemmam. Ratio est aperta, quia hic error tollit consensum, ac proinde reddit irritum matrimonium. Ut latè probavi libro 7. de matrim. disp. 18. num. 12. errantis enim nullus est consensus, aut voluntas, l. si per errorem 15. ff. de iuris, omnium iudic. l. Cum testamento 8. & l. Non idcirco 9. C. de iuris, & facti iuris. Est tamen ca- rere intelligendum, dum dicunt Doctores hoc iuramentum esse irritum, ut intelligatur respectu rei, circa quam versatur error, si enim res, quam iurans existimabat, sit dividua ab ea, in qua erravit, obligabit iuramentum ad rem existima- tam, nisi aliunde constet intentionem iurantis limitatam esse ad illam rem numero. Quia quo ad illam rem existima- tam adit verus consensus.

43 Secunda conclusio. Idem prorsus dicendum est, est huiusmodi error seu dolo circa substantiam rei juratæ, sit non dans causam promissioni, ita ut sit concomitans, seu inci- dens in contractum, seu sola re ipsa contingens. Quod constat ex iis, que dixi lib. 7. de matrim. disp. 18. num. 6. ubi cum aliquibus contra alios probavi huiusmodi errore irritari matrimonium. Quia ad valorem iuramenti, & matrimo- nii, sunt necessaria consensus, & voluntas positiva. At error concomitans, consensus, & voluntas positiva. At error voluntarium, ac effectus esse non voluntarium, & tollit adualem consensum in rem illam promissam, circa quam erratur. Ut probavi numero 38. Atque ultra Doctores, quos ea disp. 18. numero 6. adduxi id docentes in matrimo- nio, tradit loquens etiam de iuramento Suarez, eod. cap. 11. numero 7.

44 Imò nec valet huiusmodi iuramentum, quamvis iu- rans tempore illius iuramenti hunc actum eliceret, iuramentum esse solum esse aliam rem a promissa: sed oportet ad iuramen- ti valorem, adit tunc temporis intentio iurandi, etiam si res diversa sit ab ea, quam iurans existimat. Sicut ad va- lorem matrimonii cum errore concomitante personæ, ut probavi ea disp. 18. num. 6. cum aliis Doctoribus, non suffi- cit tempore matrimonii hunc actum eliceret, auferens, si nollem hanc esse Mariam, quam puto esse Joannam: sed oportet adit consensus de præsentibus, ut re duo, etiam si Joannam. Quia ad matrimonium, & iuramentum, exigitur con- sensus de præsentibus, qualis nimirum clauditur in eo consen- su conditionali, hoc facerem, si fierem. Atque ita in propriis iuramenti terminis docet Suarez, eo c. 11. num. 8.

45 Atque nil referre, five hic error, seu dolo, esset invincibilis, & prudens, five casualissimus, & fatuus; uterque enim circa substantiam rei contingens irritat iuramentum. Quia auferit directum consensum, directamque voluntatem, & solum censetur indirecta voluntas, quando error est fatuus, & culpabilis. Ad indirecta voluntas, seu interpreta- tive. Quam ad votum non sufficit, explicabilibus lib. se- quenti cap. 1. Et ideo matrimonium ex factu, & casualissimo persona errore procedens esse irritum, probavi eadem dis- putatione 18. num. 7.

46 Denum quando error est circa alias qualitates rei promissæ, nil est in præsentibus dicendum, quia de ignorantia, & errore circa similes vobis qualitates est latè dicen- dum l. seq. cap. 1. & 2. Atque eadem ratio est de iuramen- to.

47 Quando autem dolo talis est, ut non auferat con- sensum, an accedens iuramento illo extortum contractus iure invalidis, & ratione solius iuramenti obligatus, valeat, an prorsus sit irritum. Eadem est questio, quando iuramentum est metu extortum, & eadem sunt opiniones, quas nu. 19. & 20. retulimus. Quia textus pro priori sen- tentia ibi adducti loquuntur æquè de iuramento per metum, & dolo extorto.

CAPUT XII.

Qualiter ultra implendi obligationem, iuramen- tum vim habeat confirmandi contractus, quamvis iure invalidis, & contra prius iura- mentum intos? Et quando eam vim ha- beat? Et quos peculiare effectus hæc confir- matio producat ultra obligationem iura- menti?

SUMMARIUM.

Quor questiones disputanda sint? num. 1.

Quid sit contractus confirmari iuramento? num. 1.

Quo iure id confirmari iuramento? num. 3.

An iuramentum eam vim aliquid iure habeat? Refertur quidam sententia, num. 4.

Expliciter sententia Auctoris, num. 5.

Quales debeant esse iuramentum, ut hanc vim habeat? Remissive, num. 6.

Solvuntur contraria, num. 7.

Post nam, 7. invenies alia summaria.

1 Disputatio hæc gravissima est, atque in ea quotuplex questio disputanda involvitur. Prima est. An iuramentum ultra vim obligandi ad rem juratam exequendam, habeat quoque vim confirmandi contractus, qui adicitur? Secunda est. An eam vim habeat etiam respectu contra- ctus, qui sunt iure ipso irriti? Tertia est. An etiam res- pectu contractuum, qui contra prius iuramentum inveni- unt? Quarta est. Quibus regulis dignoscatur, quando iuramen- tum eam vim habeat? Ultima est. Quos effectus pecu- liares producat hæc confirmatio contractus, qui non inveniuntur in iuramento solum obligandi virtutem habente?

2 Questio prima. An iuramentum ultra vim obligandi ad rem juratam exequendam, habeat quoque vim confir- mandi contractus, cui adicitur? Ad quas intelligentiam duo præmittere oportet. Prus est. Dupliciter potest intelli- gi contractus scluso iuramento erat in se validus, at in- firmus, eo quod poterat revocari, seu fas erat contra ip- sam reclamare: at virtute iuramenti efficitur irrevocabilis, & ea reclamandi facultas denegatur. Posteriori modo; quando contractus erat in se iure ipso invalidus, at virtu- te iuramenti adjecti ita firmatur, ut fiat validus, aut sal- tem effectus omnes producat, quos haberet, si validus es- set. Prioris generis contractus sunt, quos minor cum sui curatoris auctoritate inire, absque iuramento tamen, & cum decreto etiam iudicis, quando sunt circa res immo- biles: qui quidem validi sunt, at minor ex eis læsus pos- set reclamare implorato beneficium restitutionis. Et simi- liter sunt eisdem generis contractus, quos minor curatore carens inire. Posterioris generis sunt contractus, quos mi- nor curatorem habens contrahit, absque eius auctoritate. Ut hæc constat ex l. si curatorem. 3. C. de in integrum rest. & l. regia 25. tit. 4. p. 3. & l. 5. tit. 11. p. 5. Et multialii con- tractus sunt huiusmodi. Præter ergo difficultas non ver- satur circa modum, quo iuramentum confirmat contractum, utro horum modorum id efficiat: id enim spectat ad se- cundam questionem disputandam a numero octavo, sed tan- tum generaliter petit, ad hæc confirmandi contractus vis inire iuramento, five priori, five posteriori, five utroque modo: an potius solum vim obligandi habeat, relicto con- tractu in sua pristina natura, quam absque iuramento ha- beat.

3 Posterioris est. Iuramentum nequaquam habere potest hanc confirmandi contractus vim ex sua natura, nec ex iure aliquo naturali. Quare si illam habere debet, est utique debet esse ex adminiculo iuris positivi, five canonici, five civilis, eam vim iuramento tribuentis. Constat, quia iuramentum suapte natura, & ex sua institutione eandem vim semper habet, at constat quandoque non confirmare contractus, ut quando fit per injuriam, aut metum extor- ti. Ergo ad jus aliquod positivum est confugiendum, quod eam vim in quibusdam casibus iuramento tribuat, & in aliis denegat. Secundo, quia iuramentum est suapte na- tura institutum ad confirmandam veritatem: atque adeo ex sua natura tantum petit inducere obligationem ad facien- dam veram rem juratam: ad quod non est necessarium, ut habeat vim confirmandi contractus, sed satis est indu- cere prædictam obligationem. Ut constat in iuramento ad- jecto contractibus per injuriam, aut metum extortis, in quibus iuramentum gaudet sua plena confirmandæ veritatis virtute, & ad illam plenè obligat, cum tamen nequaquam illos confirmet. Atque ideo hæc partem expressè docent multi, qui dicunt iure antiquiori caruisse iuramentum hæc vim confirmandi contractus, ac solo iure noviori illa gaude- re. Hi sunt Baldus auct. Sacramenta puerum, num. 4. C. si adversus venditionem, Et ibi Paulus in repetitione nu. 17. & in lectura num. 7. Butrigarius paulo post principium, Corneus in re-

petitione num. 32. Gutierrez ibi num. 14. Idem Paulus l. si quis pro eo, in principio num. 4. ff. de fideiussor. Et in propriis terminis tradit Suarez, tomo 2. de religiosis tractatus de iuramento lib. 2. c. 28. num. 3.

4 His præmissis difficultas huius questionis est, an detur jus aliquod canonicum, vel civile tribuens hanc confirma- di contractus vim iuramento, & proinde illam habeat? Quidam tenent nullo iure hanc vim inesse iuramento, sed obligare tantum ad contractum servandum, relicto illo in sua pristina natura, & ideo si scluso iuramento erat invali- dus, manere illum invalidum; & si erat validus, at bene- ficio restitutionis implorato rescindendus, posse adhuc rescindi. Ducuntur, quia textus, in quibus contrarii innitun- tur, minime hanc vim probant, sed tantum obligationem iuramenti ad rem juratam exequendam. Nam auct. Sacra- menta puerum, C. si adversus venditionem, quæ agit de con- tractibus minorum, tantum decidit iuramenta illis adjecta esse inviolabiliter servanda: quod satis verificatur servando obligationem inducendam ex iuramento, faciendæ verum, quod iuratur. Atque similiter iuramentum metu, & injuria ex- tortum, est inviolabiliter ante legitimam relaxationem ob- servandum, cum tamen contractum non confirmet. Nec hanc confirmationem etiam probat textus in c. Cum contin- gat de iurjur. ubi de alienatione fundi dotalis jurata est sermo, tantum enim ibi sic dicitur: Ne tamen tali præstatæ viam contingat perjuris aperiri, mulieres ipsa servare debere hu- jusmodi iuramenta. Nec repetitio ibi denegata hanc confir- mationem probat. Quia ea non est denegata ratione confir- mationis contractus, sed quia erat contraria iuramento non contraveniendi illi pacto, quod ibi factum est. Et ideo non fas est repetere iuratas, quando iuramentum non fuit solum illas solvendi, sed non contraveniendi solutioni: cum tamen is contractus non firmetur iuramento. Nectextus c. 2. de iurjur. in 6. ubi de eadem alienatione est sermo, id probat: tantum enim ibi dicitur, Servare huiusmodi iuramentum teneantur. Nec c. Quamvis pactum, de pactis in 6. id probat, ubi sermo est de renuntiatione hæreditatis jurata. Quippe ibi tantum sic dicitur, Omnino servari debetis, cum non verset in æterna solutis dispensatione. Quæ verba non ad pactum, sed ad iuramentum videtur referri: tum quia vox iuramentum, proximè præcesserat, tum etiam quia ratio assignata illi congruit. Et cetero referatur ad pactum, tan- tum probant id ratione iuramenti esse omnino servandum. Quod etiam de jurata usurarium solutione est verum. Et constat, quia ratio tradita de c. Quamvis pactum, & de c. Cum contingat, cur iuramentum illud sit servandum, est- latis dispensandum, nec in alterius detrimentum. Quæ ratio solum iuramenti observantiam probat: atque ob eam- dem rationem est observandum iuramentum solvendi iura- tas: cum tamen non confirmet contractum. Et amplius confirmatur; quia nec hæc confirmatio deducitur ex excep- tione in illis textibus adducta, nempe, si iuramentum, vi aut dolo extortum sit. Quia est tunc etiam obligat iuramentum: juxta dicta cap. præcedenti, ac proinde videtur excep- tio falla, si de sola iuramenti obligatione ibi ageretur: at in hoc versatur differentia, quod iuramenta spontanea non habent in se includam causam illa relaxandi: quare si aliunde causa non accedat, sunt omnino, & inviolabiliter observanda. At metu, aut dolo extorta habent in se eam causam includam, & ideo facta iuratas potest relaxationem obtinere, & eorum obligatione liberari. Secundo prin- cipaliter probatur hæc sententia. Quia data hæc confirma- tione per iuramentum, nequaquam esset consultum imbe- cilli minorum iudicio in rebus suis alienandis, & fragili- tati mulierum in alienando fundo dotali: nam quia facili- tate ducuntur ad alienandum, eadem etiam jurantur: & sic frustrabitur iuris civilis finis interdicentis eas alienatio- nes absque certis solemnitatibus, ut prædictis consuleret. Tandem id probatur ex vulgari axiomate, quod habet iurandum intelligi, & regulari iuxta naturam actus, su- per quo interpretatur, omneque qualitates, & conditiones illius recipere. Idque probatur ex l. finali C. de non numera- ta pecunia, Atque ita multi Doctores afferunt iuramenti non augere obligationem, sed adit intra suos limites manenti addere vinculum religionis, quos c. 17. referemus agentes de hoc axiomate. Ergo iuramentum minime confir- mat contractum, sed illum in pristina sua natura relin- quit. Et ideo hæc sententiam teneant Jafon d. auct. Sacra- menta puerum, n. 5. & n. 26. in fine, & 37. Ignens in repetitio- ne ejusdem auct. nu. 5. & nu. 32. Forcius §. Extraneis, nu. 11. in- sist. de hæcmodi qualitate, & differentia.

5 Ceterum communissima, ac verissima sententia, & ubique recepta habet, iuramento ultra vim obligandi ad servandam veritatem rei juratæ, inesse quodque vim confir- mandi contractus, cui adicitur. Quod apertè probatur ex diversissimo loquendi modo textuum, quando agunt de iuramento non confirmante contractum, & de confirma- to. Nam in priori casu dicunt iuramento semel impleto, compellendum esse creditorem reddere juranti usuras vir- tute iuramenti solutæ. Ut constat ex c. Debitores, de iur- jurand. Aut dicunt iuramentum non esse servandum. Ut constat a contrario sensu ex c. Quamvis pactum, de pactis, in 6. & c. 2. de iurjurand. eodem lib. & c. Cum contingat de iur- jurand. In quibus textibus est sermo de iuramento per vim,